Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Gottfried Ludovici Johann Samuel Schade

Curiosa Philologica : d. 6. Mart. A. MDCXCVII.

[Schleusingen]: Goebelius, 1697

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn831828897

Druck Freier Zugang

PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn831828897/phys_0001

Ca - 231. ~~1-9~~ 1-4

C - 1028
~~1820~~

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn831828897/phys_0002

Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

Universitäts
Bibliothek
Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn831828897/phys_0003

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn831828897/phys_0004

3a

CVRIOSA
PHILOLOGICA

In

ILL. GYMN. SAXO-HENNEB. SLEVSINGENSI

PRÆSIDE

M. GODOFREDO LVDOVICI

R.

RESPONDENTE

Joh. Sam. Schadio, Kündorfenſi,

publicae

συμφιλολογούντων disquiſitioni exponentur

d. 6. Mart.

A. MDCXCVII.

Ex Chalcographéo GOEBELI.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn831828897/phys_0005

I.

IN *curioſis* praeſentis aevi ſtudiis etiam eſt *Accentuum Hebraeorum* doctrina, Proſaica aeque ac metrica; praeter *Accentuum* nomina, figuras & diuiſionem in imperatores, Reges, Duces &c. valorem cum conſecutione regulari & anomalica, quae in veteri Codice occurrit, exhibens.

II.

Scientiis omnino pretioſisſimis aequiparanda eſt, imo vero praeſtat. Egregie enim loca Scripturae, Interpretibus δυσεξερεύνητος viſa, aureo hoc ſubſidio explicantur, illuſtrantur, vindicantur; *ad divinum ordinem*, (vti loquitur *B. Dannh. Hodoſ. phaen.* I.) *quo neglecto vitium (obſcuritatis) non eſt in luce* (verbo DEI) *ſed in oculo (hominis).* οὐ παρὰ τὸ μὴ βλέπειν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἤδη καὶ οὐκ ἔστι τὸ φάος τοῦ ἡλίου φαῖνον.

III.

Conferri poſſunt loca Scripturæ Gen. IX. 6. X. 21. XXI. 23. XXXV. 22. XXXVII. 35. XXXIX. 10. 11. Exod. XV. 16. XXXIII. 19. Deut. XXXII. 5. 12. XXXIII. 21. 26. 28. II. Sam. III. 8. XXIII. 1. Eccleſ. III. 21. V. 8. VIII. 2. Cant. I. 4. VII. 5. Hiob. X. 22. XXII. 10. 24: XXIII. 6. XXXIII. 5. XXXIV. 20. Pſ. II. 7. XVII. 15. L. 1. LVII. 5. LXIV. 8. CII. 3. CX. 3. CXIX. 176. Prov. VIII. 22. XIII. 4. XX. 25. XXIIX. 8. 23. XXXI. 3. Eſ. III. 24. XI. 6. XVI. 1. XXI. 2. XXV. 3. XXVI. 19. XXXI. 5. Jerem. XXIII. 6. Hagg. II. 9.

IV.

Tantum autem abeſt, vt numerus locorum colligi poſſit, ut potius in diem & horam augeatur. Interea vel ex allegatis homo, cui naris obeſa non eſt, neceſſitatem, vtilitatem & jucunditatem ſtudii *Accentuum* cognoſcet.

V. At

V.

At enim habent Aduerſarii, quod doctrinae neceſſariae amicis opponant, inanem operam rati, quae tot codicum collationi impenditur; cum Interpretes ſaepe טעמי המקרא poſthabeant, ſenſum autem verborum Scripturae nihilo ſecius feliciter eruant. Inter alia *Capitis quinti verſum vltimum* ex Propheta *Jeſaia* in euidentem probationem adducunt.

VI.

Comma integrum hoc eſt: וינהם עליו ביום ההוא כנהמת־ים ונבט לארץ והנה־חשך צר ואור חשך בעריפיה: vbi ditionis *Silluki* prima vox *Sillukum* habet cum ſuo *Soph paſuk*, ſecunda *Tiphcham*, tertia *Sakephkatonem*, quarta *Munachum*, quinta per Makkach cum praecedenti copulata iterum *Sakephkatonem*, ſexta *Paſchtam*, & ſeptima *Paſchtae* ſeruum *Mappach*, conſecutione prorſus regulari.

VII.

R. *Dav.* Kimchi in h. l. ומהו החשך חשך צר מלומר חשך האיב הבא עליו ואעפ שבמלת חשך עמד הטעם והענין דבק עם צר: ואור חשך בעריפיה ואור השמש חשך לו לישראל בשמים

VIII.

Quod ad verſiones attinet, hunc in modum reddidêre B. Lutherus: Sihe ſo iſts finſter für Angſt/ und das Licht ſcheinet nicht mehr über ihnen.

Et

Italus Interpres: Et ecco *le tenebre della tribulatione*, & nella ſua oſcurità e oſcurata la ſua luce.

Verſiones reliquas ſicco, ut ajunt, pede præterimus; quoniam fere omnes aliter, quam Accentus *Munach*, qui voces ואור צר conjungit, poſtulabat, locum exponunt.

IX.

Anglica Textûs Sacri ſenſum frequenter optime declarat. Exemplum dabit locus Eſ. LIII. 7. vbi Anglus יפתח־פיו non ad ovem, ſed Chriſtum refert, loco Act. VIII. 32. parallelo permotus, it. Geneſ. IV. 13. גדול עוני מנשוא conf. R. Salom. Ben Melech מכלל יופי *h. l.* Tamen contra Accentuatio-

tionem ſupra memoratum hemiſtichium tranſtulit, qvando ita: *behold, darkneſs and ſorrovv, and the light* is darkened in the heavens thereof.

X.

Reſpondemus: recte omnino ſecundum Accentus locum verti: Et *ecce tenebrae! anguſta lux* (צר ואור) *obtenebrata eſt in caligine ejus*, prout *B. Glasſius Philol. S. L. III. Tr. 1. Can. VI* præcipit. *Duo Subſtantiva conjunguntur, & eorum alterum adj:ctivi vicem ſuſtinet.* Conſentanea ſunt, quae *Megalander* & alii nonnulli Interpretes habent, accentum *Munach θεόπνευςον* interim non rejicientes; hoc enim qui agunt, Spiritui S. contradicunt. Faciliori autem negotio & minori temporis impenſa antea datam expoſitionem *accentuum* ſubſidio indagari poſſe, procul dubio omnes concedent.

XI.

Quemadmodum ergo ante victoriam encomium canunt diſſentientes: ita plura ſunt, quibus praeſtantia doctrinae *Accentuationis* probatur. Pertinet huc elegans contra Reformatos directa demonſtratio, qua diuiſionem horum Decalogicam minus recte inſtitui ex *Accentibus* abunde oſtendere poſſunt Lutherani. Sed manum de Tabula!

Additamenta Logica & Ethica.

1. Duo ſunt fulcra totius Logicae: Doctrina de Syllogiſmo, & doctrina Topica.
2. Etſi Converſio & Reductio in Logica vtente non occurrunt, pertinent tamen ad Logicam docentem.
3. Sunt, qui tria, nouem, vndecim & duodecim praedicamenta ſtatuunt; numerus tamen denarius propterea non improbatur.
4. Ludi ſcenici recte tolerantur.
5. Vſurae ſunt licitae.
6. Moralia ſunt aeterna.
7. Virtutes Ethnicorum Embryones virtutum dici poſſunt

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn831828897/phys_0009

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn831828897/phys_0010

ſupra memoratum hemiſtichium tranſtulit, qvando ita:
arkneſs and ſorrovv, and the light is darkened in the heavens
f.

X.

eſpondemus: recte omnino ſecundum Accentus locum
Et *ecce tenebrae! anguſta lux* (ואור ... *tenebrata eſt in cali-*
, prout *B. Glasſius Philol. S.* L ... *n. VI* præcipit.
lantiva conjunguntur, & *eorum* ... *m ſuſtinet*. Con-
a ſunt, quae *Megalan* ... erpretes ha-
accentum *Munach* ... entes; hoc
ni agunt, Sp ... utem ne-
minori ... tionem
m ſub ... conce-

uemadmo ... t
entes: ita
tionis probat
ecta demonſtra
recte inſtitui ex
. Sed manum d

Additamenta

Duo ſunt fulcra totius ... de Syllogi-
doctrina Topica.
Etſi Converſio & Reductio ... a vtente non occur-
ertinent tamen ad Logicam ... entem.
Sunt, qui tria, nouem, vndecim & duodecim praedica-
tatuunt; numerus tamen denarius propterea non impro-

Ludi ſcenici recte tolerantur.
Vſurae ſunt licitae.
Moralia ſunt aeterna.
Virtutes Ethnicorum Embryones virtutum dici poſſunt

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn831828897/phys_0011